

*Præcepta pro Eremo Corabiviensi*

Novitiorum diligentissima cura habeatur, unde nunquam ex Eremo, ne quidem ad Prædium mittantur, cum Professis non loquantur, in suo Novitiatu degant. Ad colloquia externorum non permittantur. Verbo educantur secundum Constitutiones Clementis Octavi de Reformatione Regularium.

Frater Alexius doceat Nostros Fratres Hieronymum Petrum Andream linguam latinam et communiter ea utantur, duabus horis mane, duabus horis a prandis a Praesidente designandis. Fratres vero Gabriel et Paulus eo tempore in Novitiatu legant sibi casus conscientiae. Exercitiorum tamen manualium labores saltem duabus horis quotidie ab iis idque sanitatis conservandae causa non intermittantur.

Silentium nunquam ad mensam dispensetur, nisi recreationis tempore, sed adhibeatur continuo lectio Sacrorum Librorum et Decretorum Pontificiorum, quae quotidie (cum sint apud nos loco Constitutionum) leguntur. Interdicitur omnibus ne suis in cubiculis res comestibiles aut potabiles retineant. Imo extra mensam nec bibere, nec sumere aliquid absque permissione Superioris audeant.

Crematis asus tam foris, quam domi sub amissione Divinae benedictionis, inhibetur ob honorem Christi Domini ac Salvatoris Nostri in Cruce sitientis.

Praesidens ne Domo, nisi rarissime idque ex gravi causa abscedere audeat. Legitime absens loco sui statuatur, cui omnes in Domino obediant.

Nihil a Domo, Ecclesia, Bibliotheca alienetur. Neque pecuniae notabilis quantitas (excepto victu et vestitu Nostrorum) absque actu nostro dispensetur, ii autem proprietatis scelere decedantur inmodati, si qui (quo Deus avertat) aliquid pecuniae apud se, vel sibi retinere ausi fuerint.

Capitula cusparum (quae quotidie accedentes mensam ingerere sateri debent) singulis feriis sextis fiant. Communis autem flagellatio feria 2<sup>da</sup>, 4<sup>ta</sup> et 6<sup>ta</sup> habeatur.

Feminae ad domum et curritorium non admittantur. Loco autem Directoris vetus vitae norma servetur.

Stanislaus a Jesu Maria

indignus Praepositus mpp.



*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.]*